19433/P

DISSERTATIO MEDICA, DE SUBMERSIS,

QUAM Deo duce, & auſpice Dei-Parâ, in Auguſtiſſimo Ludoviceo Medico Monſpelienſi, tueri conabitur,

AUCTOR,

CAROLUS-AUGUSTINUS CURE, è Loco Autignac, Diœceſis Bitterenſis apud Occitanos, Liberalium Artium Magiſter, & jamdudùm Medicinæ Alumnus, die menſis Julii, anni 1783.

PRO PRIMA APOLLINARI LAUREA CONSEQUENDA.

..... Miſeris ſuccurrere diſco. VIRG. *Æne.*

MONSPELII,
Apud JOANNEM MARTEL, NATU MAJOREM, Regis, Occitaniæ Comitiorum, Univerſitatiſque Typographum Conſuetum.

M. DCC. LXXXIII.

AVUNCULO SUO OPTIMO,

ET IN ÆTERNUM COLENDISSIMO

DOMINO CURE,

RECTORI PAROCHIÆ E LOCO AUTIGNAC.

AVUNCULE COLENDISSIME,

Dulcis ac idonæa adeſt occaſio tibi me palam præbendi memorem; quam ſcitienter amplexor. Tantâ affluis bonitate erga me ipſummet, ut memoria ſemper valuerit. Mihi gratum laborum primitias vovere tibi, tibi qui animum Patris hucuſque oſtendiſti: fronte igitur Paternâ hocce tenuæ Opuſculum accipere velis, & pro certo habere nihil magis voto eſſe, quam me aliquando tuis Beneficiis indignum haud omninò præſtare. Vive diu Avuncule, vive ſalvus, & incolumis, quam ardentiſſimè deſiderat,

WELLCOME LIBRARY INSTITUTE

Nepos addictiſſimus;
C. A. CURE.

D. V. C.



DISSERTATIO MEDICA

DE

SUBMERSIS.

MISERICORDIÆ motu commoventur animi ſuper miſerâ Submerſorum ſorte. Reipsâ, quam triſte fatum! Plerique, licet ex undis extracti, ſi adhùc ſpirent, incuriâ ſæpè pereunt, ſæpiùs nefandâ methodo. Eâ de re exploratum nobis fuit nonnullis exemplis, exemplis quibus adhùc ex animo ita dolentes moramur ut cauſam, nec-non vera media quibus afferre ſupetias poſſimus, infortunatis his quos unda ſubmerſit, ad exploranda, genuino proximi amore flagrantes, nos impulerit.

Quot in opiniones diverſas diverſi abîverè Auctores qui inciderunt in diſquiſitionem de aquâ Submerſorum morte! Antiquiores Medici, *Galenus*, *Ægineta*, *Ætius*, *Alexander Benedictus*, *à Vega*, *Codronchus*, *Paræus*, *Sennertus*, in eâ fuerunt opinione, omnia cava Submerſorum ipsâ ſubmerſione, eo uſque repleri, ut indè variæ rumperentur partes, vel ſaltem pro ſuâ lege vitales actiones exercere impedirentur, ſicque in utroque caſu præſentaneus obitus induceretur.

Poſteà aliter de introïtu aquæ in cavâ corporis cogitâre Medici; initio elapſi ſæculi *Platæus* exiſtimavit cum aër attrahi debeat, aquam

illius loco in aſperam arteriam illabi, ſed nihilhominus Submerſos ideò mori, quod ob aëris impeditam attractionem ſuffocentur (1) circà idem tempus *Zacckias* ſcripſit » moriuntur qui aquâ ſuffocantur » ob cohibitam potius reſpirationem, quam ob aquæ copiam quæ » ab illis ingeſta fuerit (2) «. Anno 1625 *Nymmannc* (3) ſæpius ſe obſervaſſe dixit, quod tantum parum aquæ corpus Submerſorum intraverit, idet rationi conveniens eſſe credit, cum & nihil de liquore amnii intret fœtum quo cum magnam habeat ſimilitudinem Submerſus. Anno 1680 *Borellus* aquam pulmones intrare putavit, mortem verò ab ingreſſu aquæ iſtam derivat, ut inde ſanguinis tranſitus, & acceſſus aëris ad circuitum illius neceſſarius impediatur (4) *Camerarius* 1683 pauculum aquæ pulmones intrare ſibi perſuaſum habuit, ut-ne libra quidem aquæ totum corpus intret (5) cupidis lateque fuſius noſcendi ſententias Auctorum de præſentiâ aquæ, manu verſent ſuademus opera infra notata (6).

Circà annum 1686 veterum opinionem infirmare cœpit Celeb. *Waldſchmic* qui ſe nec in ventriculo, nec thorace Submerſorum, variis ſuis experimentis unquam aliquid aquæ inveniſſe affirmavit, unde non aquam, ſed aërem mortis cauſam eſſe aſſumſit, quatenus ſuo defectu pulmonum uſum eluderit (7). Anno 1689 ſignum hoc ab aquâ, in pulmonibus inventâ, petitum ſuſpectum, ac fallax declaravit facultas Medicina Lyſienſis (8) anno 1704 *Becker* tractuum ſuum de Submerſis ſine pota aqua (9). Edidit in quo experimentis, obſervationibus, & rationibus demonſtrare tentavit, ſub aquis aquam pulmonibus ac ventriculo neminem haurire, neque ejus hauſtu perire. Eodem anno magnum etiam nactus eſt Auctorem, & defenſorem ſuæ opinionis *Beckerus*, mirum Medicum ævi ſui, teſte ipſo *Boerhavio*, maximum *bohnium* puto, qui in

---

(1) *Centur. quœſt. paradox. q.* 55. (2) *Quœſt. med. leg. t. III. pag.* 394 (3) De *vitâ fœtus in utero.* (4) De *motu animalium t. II. pag.* 141. (5) Syll. *memorab. med. centur.* 13. (6) Lanciſi *de ſubitaneis mortibus.* Cranſius *dlſput. de reſtitut. in vit. ſuffot. laq. vel aquâ.* Iſmich. *de Submerſorum morte*, Chriſt. Guil. Chariſius *diſput. de morte Submerſ. morte* Langguth. *diſſert. de red. prœfocati ademptâ anima.* Halleri *opuſcula obſerſ. de Submerſis.* Roëderer *de Suffocatis.* (7) *Miſcel. Med. phiſi. dec.* 2. *à* 6, 65 *obſ.* 133. (8). Bohn. *De renunciatione vulnerum pag.* 388. (9) *Novellis ſuis Med. leg. inſervii* Valentini.

diſſertarione aliquâ (1) affirmavit ſe nec in pulmonibus infantiscidarum ſupplicio culei enecatarum aquam inveniſſe, aut tantum modo parum experimenta, ut hac de re certior fieret, in canibus cœpit, nunquam tamen aquam hauſtam offendit. Anno 1714, *Georgius Dethardingius* (2) integram *Beckeri* opinionem amplexus eſt, eamque inſuper exemplum Militis Submerſi corroboravit, eique novam medendi methodum ſuperſtruxit; eidem ſententiæ ſubſcripſerunt non multo poſt *Heiſter* (3) *Dethardingius Georgii filius* (4). facultas hemt. mortem in aqua ſine aquæ potu ſtatuit anno 1618

Anno 1725, *Senac* introitum aquæ in aſperam arteriam rejecit, firmiter etiam tenet nullam plane aquam deglutiri niſi forſan parvâ copiâ & voluntarie (5). Anno 1721 *Leproti* teſtatus fuit ſe in decem annorum Submerſi adoleſcentuli cadavere rem cognoviſſe, per alios ſæpe confirmatum pulmones nimirum, & ventriculum aquâ vacuum (6). Anno 1736. *Alberti* homines vivos in aquam delapſos non ex ingluvie aquæ, ſed ex ſuffocatione equidem mori ſtatuit, cum ut plurimum vel nihil, vel parum aquæ in iiſdem reperiatur (7). Anno 1740, Celeberrimus Vir *Haller* ſtatuit reſpirare aërem non poſſe aquis obruptos, aquam non attrahere ob naturalem inſtructum, & anguſtiam glottidis (8). Eodem anno *Winſlou* probare tentavit aquam minimè pulmones, ventriculum verò ordinariè penès Submerſos intrare (9). Anno 1742, eamdem opinionem publicavit *Bruhier* (10). Id certè longius foret recenſere tot opiniones de causâ mortis Submerſorum jam recenſitæ ut opinor ſufficiunt.

Quid concludere tandem ex hac recenſione, Submerſos ſub quibuſdam circumſtantiis aquam in corpus intromitere ſub quibuſdam non intromitere. Diſpiciendum nobis itaque quænam iſtæ ſint. Ex cogitatas fuiſſe à diverſis Auctoribus diverſas illas conditiones haud nos latet. Nonne eas diſtincte, & differere etiam longius ſupra-

---

(1) *De vivis mortuis aquâ Submerſis.* (2) *In Diſſertatione de methodo ſubveniendi Submerſis. per laryngotomiam* (3) *Chirurg. pag.* 555. (4) *de morte.* (5) *Leyſer. ſpec.* 598 *Med.* 16. *vol. IX.*, *pag.* 413, 414.

(6). *Hiſt. de l.Acad. des Sciences* 1619 (7). *Coment. de Bolonienſi ſcient. & art. inſtit. in epiſtola advacarium* (3). *Siſt. Juriſprud.* Med. 1, *pag.* 233 (8). *Coment. in Boheravii prælec. ad inſtit. t.* 11 (9). *Diſſert. à mortis incerta ſigna* (10). Diſſertation ſur les certitudes des ſignes de la mort, & l'abus des enterrements & des mouvements précipités.

que tyronis Vires ? Tantummodo notificare debemus nos in eâdem opinione verſari ex defectu aëris, non verò aquâ deglutitâ aut ſpiratâ Submerſos perire.

Addemus id etiam ſpaſmum à terrore generalem frigus plus minuſve fortè juxtà tempeſtatem, & compreſſionem majorem aquarum rem ſic ſe habendam demonſtrant.

Rei ordo nos ducit ut poſt verba facta de Submerſorum causâ mortis, verba facienda ſint de Submerſionis effectibus, quales anatome ſub oculis poſuerit, & ex obſervationibus fidiſſimis. » Vaſa, inquit *Lieutaud*, cerebri admodum tumentia deprehenduntur : receptacula cordis inſolitam ampletitudinem referentia ſanguine obruuntur ; patent ejus laticis ſtaſes intra tumida pulmonum vaſa : in propatulo demum fiunt echimoſes, & ſtigmata diverſæ ſortis in pulmonum aliorumque viſcerum ambitu«. Etenim pulmone quem nullus nunc aër dilatat ſanguinem ſuum non ultrà tranſmittente dexter præprimis ventriculus, ſinus magnus, venoſus vena cava, opplentur venæ jugulares (1); & bene perſpectis quæ hominis ſubmerſionem concomitantur, neceſſe eſt ſanguinem qui defectu reſpirationis pulmones permeare nequit, in ſinu venoſo recipi, congeri in vaſis tum cerebri, tum variorum abdominis viſcerum.

Nunc nobis conſentaneum videtur oſtendere an ex ſpuma qua os, nareſque Submerſorum ſæpiſſimè teguntur, prognoſis mali moris formari poſſit, & an etiam hauſtæ pulmonibus aquæ, & reſtitutionis in vitam deſperatæ, indicium ſit ſpuma (2) Medici quorum in numero ſunt, *Galenus*, *& Chriſtoph à Vega* aſſerunt eos quibus ante os, & nares frequentiſſimè ſpuma apparet non omnes perire licet contrariam tueatur *Hippocrates* (3) ſententiam. Eos qui mortem, aut ſpumam labia circumſiſtentem prænunciant in errorem incidiſſe contendit Celeberrimus *Tiſſot* (4). *Haënius* in medium protulit non eſſe pulmonis hauſtæ indicium, quia pulmonibus demerſorum raro admodum aqua hauritur, nihilominus tamen ex ore, naribuſque

---

(1) *Synop. med.* de *ſuff. pag.* 180. (2) *Port.* obſer. ſur la cauſe de la mort des Noyés, & ſur les moyens qu'on emploie pour les ramener à la vie. (3) Aphoriſme 43. ſect. 2.

(4) L'idée où l'on eſt que la mort eſt ſûre quand il y a de l'écume ſur les levres eſt abſolument fauſſe, & cette erreur conduit à une concluſion funeſte ; c'eſt qu'il eſt inutile de ſecourir ces infortunés. Avis au Peuple, t. 11. pag. 87.

defluit ſpuma, v. g. epileptici ſpumam copioſam his partibus exhibent, idque ferè in ſingulis paroxiſmis; hi tamen pulmone non hauſerunt aquam, aqua etiam non ſubiit pulmonem, laqueo ſtrangulatorum quibus os, & nares tota ſpuma obvolvuntur, neque ab aquâ in pulmone ingreſsâ. Duobus viris quibus in puteo mundando ſuffocatis, ſpuma ad os apparuit, ad vitam tamen redierunt; apud inclitum medicæ hiſtoriæ ſcriptorem (1). Legitur ſymphoniæ præfectum organorumque in fortiſſima apopelexia ſpumam ore protuliſſe, vitæque ſanitatique reſtitutum fuiſſe, acta haarlemenſia parte 4. Septennis pueris meminerunt qui ultra mediam horam quinque pedum altitudinem ſub aquis moratus, tandem extrahitur facie lividâ, flaccidis artubus (2) ore, & oculis firmiter clauſis cum immobili ſpuma ad os, & nares: hìc ubi ſummis reſuſcitandi laboribus per mediam horam fruſtra exhanlatis, homines tamen eoſdem indefeſſos proſequebantur, revixit, ſanuſque legitur cum factus eſſe, tum manſiſſe.

Hiſce omnibus præmiſſis prætermittendis, id noſtri muneris paucis exponere quid cogitandum ſit de ſubmerſionis tempore quo plerumque judicatur an ſalutis ſpes Submerſis afulſerit. Unanimi conſenſu Medici affirmant, & verè quidem ſperabilem ſalutem fore quando præceps, & egregium præſtatur auxilium, viris qui diu in undis non fuere merſi.

Opponuntur tamen Submerſorum plures caſus qui horas, qui dies, qui etiam ſeptimanas hoſpitati in aquâ, & ex ea elati, vitæ ſigna dederunt, perfectamque adepti ſanitatem. Apud *Pechilni* (3) conſtat hiſtoria trium Submerſorum quorum primus ſub undis per ſex-decim horas moratus, tamen ad vitam fuit reſtitutus. *Alexander Benedictus* (4), tradidit ſe vidiſſe plures qui 48 horis demerſi, tamen revixerunt. Num hiſtoriam mulieris quam triduo hæſiſſe ſub aquis, & tamen fuiſſe reſuſcitatam, *Boërhaavius* refert tanquam conſideravimus dubiam, ne dicam incredubilem! adhibebimus ne majorem fidem verbis *Tylaſii*, Regis Daniæ Publiothicæ Præfecti aſſerentis notam ſibi fœminam exiſtere quæ etſi plus triduo demerſa nihilominus revixit. Non hìc immorabimur caſum à *Pechinio* ex *Burmano* relatum, hominis qui ſeptimanas ſeptem ſub aquâ moratus, integrâ denique

---

(1) Vanheeril 1°. *obſ.* 21. (2) *Adnotandum eſt ex unda ſublatis faciem nunc rubram nunc pallidam ſe præbere membra plerumque frigida occurrere vel inſolita flexibilitate donari.* (3) *De vitâ ſub aquis.* (4) *De curatione morb. l.* 7.

ſanitate prædictus fuit. Hiſtoriæ fabulæ-ve hujuſce generis quæ poſt dies ſeptimanaſque ſubmerſionis auxilia ſerotina, & levia reſuſcitaſſe memorant proſtant apud pluresque Auctores qui de Submerſis tractarunt.

Pertingimus tandem ad præcipuum ſcopum diverſi generis remediorum vim indicandi, quærere volentibus. Felices nimiùmque felices ſi ineptâ ſpe blandiri nobis poſſimus adjumento eſſe in commone faciendis viris ſtudioſis, qui malâ fortunâ haud interfuere ſapientibus eruditiſque monitis reſuſcitandæ Submerſorum vitæ conſentaneis quæ nobis tradidit quam accuratiſſimè Illuſtriſſimus Hujuſce Lycæi Profeſſor (1). Monitis quorum memores in æternum morabimur.

Vix ex aquis extrahentur Submerſi cum illico, & ſine morâ madidis exſuentur veſtibus ſi veſtiantur, ſed res agatur lentâ properatione (2). Satim ad focum devehantur (3) non verò intenſum quod ſubitâ humorum rarefactione potius illis noxius quam ſalutaris foret ardens calor; calore verò moderato ex legibus œconomiæ animalis aſſuetis, ſit iterum circuitus humorum; ſic ſuſceptum frigus expellitur hoc-ce calore qui dein gradatim adaugendus juxtà tempeſtatem aut ſi meliùs habetur, in cineribus calidis imponantur, aut cæteris omnibus poſt habitis in lecto concalefacto, ſed adhibeatur cura, & diligentia in reponendo capite ſublimiore reliquis corporis partibus, ne ſanguine magis turgeant vaſa cerebri; contrarium evenit ſitu qui à nobis ſuadetur, ut ſanguinis reditus ex capite verſus thoracem ſpiritus

(1) Il y a environ deux ans que M. *Sabatier* nous expoſa avec toute la clarté poſſible, la maniere de rappeller les Noyés à la vie, par le ſecours des boëtes fumigatoires, qui ſont depuis conſignées dans les trois principaux moulins de cette Ville. (2) M. *Portal* rapporte avoir vu beaucoup des Noyés qui périſſoient dans le tranſport dans le moment qu'on les déshabilloit pour n'avoir pas agi aſſez doucement; le mieux en pareil cas, dit-il, ſeroit de fendre les habits d'un bout à l'autre avec des ciſeaux pour les ôter plus facilement. On ſent que les Noyés ſont plus difficiles à déshabiller que les autres perſonnes, parce que leurs vêtements étant mouillés, ſont rétrecis & collés ſur la ſurface du corps. (3) Cette manœuvre eſt d'autant-plus utile, que le corps des Noyés ſont ordinairement couverts d'une couche de matiere muqueuſe plus ou moins épaiſſe & gluante, laquelle arrête la tranſpiration, & concourt à augmenter l'intenſité du froid dont le Noyé eſt ſaiſi.

mediantibus venis jugularibus facilior moveatur. Attendendum eſt etiam ne ſit ſupinus cubitus, ſed in latus, quo facto, aër calidus per os naribus compreſſis identidem per podicem inflandus eſt, ut morans ſanguis ſolitum circuitum abſolvat, id adjuvari debet per frictiones univerſi corporis, ſive ſiccæ, ſive humidæ; equidem ſiccæ, aut ſimpliciter cum pannis calidis, vel cineribus, vel fumo aromatico; humidæ autem cum ſpiritu volatili ſalis ammoniaci, ſpiritus c. c. aqua luc. ſp. v. aq. v. camp. vel variis id genus; interim non negligetur ſcrobem cordis, tempora, umbilicum, ſcrotumque ſpiritibus ardentiſſimis fovere: in uſum etiam vocanda veniunt ſternutatoria quæ tanquam palmarium à quibuſdam conſiderantur remedia; nihil magis exagitat ſyſtema muſculorum quam ſternutatio; excitari poteſt majoranæ, betonicæ, tabaci, hellebori, &c. Pulveres inflando naribus, vel admovendo ſpiritum ſalis amm. cum calce viva paratum. Membranæ pituitariæ irritatio barbæ pennæ ope, ob magnum conſenſum inter narium nervos & thoracis.

Egregios effectus producunt enemata acriora, ſcilicet parata cum colocint. v. emet. turb. præſertim nicotiana; compertum eſt fere ſemper portentoſiora edidere fumum tabaci per podicem injectum ope machinæ fumi ductoriæ (1). Aut modo quo id à Clar. *Tiſſot* delineatum (2) quâ viâ ſuſcitabitur motus inteſtinorum periſtalticus, ſi nondum oppreſſus, chilus protudetur ad canalem thorachicum, & demum cor ſuſcitabitur à ſtimulo chili ad ipſum provenientis.

Ex quibuſdam meritiſſimis Auctoribus, ſolus tabaci fumus, tum

---

(1) Thomas Bartholin eſt un des premiers qui ait propoſé une machine propre à cet effet. *Vide de machinis fumi ductoriis curioſ. Epiſt. Steffer Frederic Dekker*, & *Heiſter* ont fait dépeindre dans leurs ouvrages des machines propres à conduire la fumée du tabac dans le fondement; enfin la machine de *Pia* eſt une des plus ſimples, & de meilleures qu'on puiſſe employer.

(2) Dans les endroits où il n'y a pas de boites fumigatoires qui ſe trouvent à préſent dans les principales Villes du Royaume, on peut introduire dans le fondement le tuyau d'une pipe allumée; on enveloppe le fourneau d'un papier percé de pluſieurs trous, on le met dans la bouche, & l'on ſouffle de toutes ſes forces; l'on peut auſſi allumer deux pipes dont on abouche les fourneaux, on met le tuyau de l'une dans le fondement, & l'on ſouffle par celui de l'autre.

in nares ; ore obturato inflatus, tum in os, obturatis naribus ; eodemque tempore per podicem injectus, ſæpeque repetitus ad vitam reſtituit Submerſos.

Obſervandum quōd ſi demerſi vitæ ſigna dederint, tunc in ore infundatur, aut aquæ mell. aut naphæ commixta guttis ſp. vol. ſal. amm. (1). Aut alter hujuſce ſpeciei liquor.

Omnes fere Auctores venæ ſectionem commendant, & ab illis remedii genus tanquam abſolutè neceſſarium habetur ; phlebotomia quidem plurimis in caſibus celebranda, in quibuſdam rejicienda ; rejiciendam eſſe arbitramur, & piaculum fore v. g. ſi Submerſis frigore adſtrictis quorumque membra rigere cæperint, vena incideretur. Nobis videtur tutius, & ſatius eſſe illos calfactu fovere, & in uſum vocare varia auxilia quæ ſupra præſcripſimus ; eſſe celebrandam, cum ex undis extracti fuerint, aut diu poſt Submerſionem, vultu nigricante, aut violaceo, aut tantum ſubrubro, cum caloris ſenſu perſentitur in habitu corporis, tandem cum artus flexibiles ſunt, oculi lucidi, nec non inflati : venæ jugularis inciſionem præponderare ex obſervatione conſtat ; 1°. Quod celerrimè vaſa tum cerebri, tum thoracis, ſanguine tugida ſolvat ; 2°. Quod quando ex jugulari (2) dumtaxat defluit ſanguis. Cæterum expedit ad hanc operationem recurrere, antequam adhibeantur alia remedia quæ tunc præſentiſſimâ virtute donantur.

Hic occurſat quæſtio an Submerſis qui linquentem animam revocant, omnino-ve revocare, congruat emeticum : à nobis refertur vomitoria remedia commendare quoſdam Auctores, iis verè adeſſe offendicula modum tenebimus circumſtantias quibus locum obtinere poſſunt notificandi, v. g adminiſtranda ſunt viris qui in aquam incidere è mensâ ſurgentes vel aliquot horis poſt adjiciales epulas, præſertim ſi res evenerit iis in quibus pituita cæteris præpollet humoribus, quantus ſit conſenſus inter ventriculum, aliaſque corporis partes neminem latet ; non abs re eſt dicere id remedium non uſurpandum eſſe niſi poſt ſanguinis miſſionem.

Quæ dicenda habemus de bronchotomiâ à quibus Auctoribus pro-

---

(1). M. *Sage* recommande beaucoup ce remede tanr intérieurement qu'extérieurement, il aſſure en avoir obtenu de très-grands effets quand il les a adminiſtrés ſur le champ.

(2) On a obſervé que c'eſt quelquefois la ſeule qui fourniſſe du ſang, celle du pied n'en donne point, ou preſque jamais ; celle du bras rarement, mais la jugulaire en donne preſque toujours.

poſita, & ab aliis rejecta, breviter exponemus. Alii hanc neceſſariam fore fatentur, & tanquam princeps Submerſorum laudare auxilium ſi glottis eo modo obturetur, ne aër tracheam arteriam ſubire poſſit, ſed huncce caſum quàm rariſſimè contingere Anatomia demonſtravit; præterea ſignum quo rem agnoſcamus deficit. Alii vero inutilem omninò disjudicant, & verè quidem ubi liber manet aëris aditus, quem inculpatum obſervari in defunctis ab aquâ nemo neſcit. Quo ad nos cum plurimis Medicis rationi, & experientiæ inſiſtentibus, in eâ ſumus opinione tentendam eſſe, ſi varia auxilia à nobis commendata incaſſum adminiſtrata fuerint, licet haud interrupta, & diutine repetita (1).

Maximi eſt momenti varia oſtendere incommoda manantia ex Græcorum, Arabumque reprehenſibili more pedibus ſuſpendendi Submerſos, more tamen jampridem à vulgo admiſſa, etiamque ex ea conſuetudine in aperto utrinque dolio circumagendi de quâ miramur quod verba fecere plurimi per Celebres Auctores inter quos recenſentur *Alexander Benedictus* (2). *Codrunchus* (3). *Chriſtoh. à Vega* (4). *Thomas Bartholin* (5).

Gravatim legimus Celeberrimum *Sennert*, hancce nefandam commendare methodum, methodum eò magis nefandam quod haud raro contingat, ut nobiliores corporis partes, tanta ſive inflammatione, ſive convulſione, ſive defectione afficiantur, ut aut apoplexiâ, peripneumoniâ ve, aut epilepſiâ, aut ſincope pereant quorum ſingulorum ex variis eruditis Auctoribus plura exempla *Haënius*, collegit; ſi verò non moriantur eoſdem aliquando in morbos ſeu acutos, ſeu lentos, non raro graviſſimos difficulterque curandos incidere, quorum exempla etiam eximio in opere infra notato, eaque ex propriis obſervatis protulit idem Auctor. Ex his videtur quam teme-

---

(1) Les ſecours que nous venons de conſeiller pour rappeller les Noyés à la vie, ne ſeront efficaces qu'autant qu'ils ſeront adminiſtrés avec ordre pendant long-temps, & ſans interruption. Leurs effets ſont lents, & preſque inſenſibles, c'eſt pourquoi il faut les continuer pendant pluſieurs heures; il y a des Noyés qu'on n'a rappellé à la vie que 7 à 8 heures après qu'ils avoient été retirés de l'eau. Nous inſiſtons d'autant plus ſur cette remarque, qu'on abandonne ſouvent les Noyés à leur triſte ſort, dès qu'on voit que les premiers ſecours ſont ſans ſuccès (2). *De morbis curandis cap. III* (3). *De iis qui aquis Sub* (4). *Art. Med. l.* 5, *ſect.* 5, *c.* 8 (5). *His anat. cent.* 6, *obſ.*

raria ſit iſta methodus, contra vero quam fructuoſa ſit methodus frictionum pervolvat lector *Foreſtum* (1), *Plateum* (2) nec non *Langelot* (3) tunc agnoſcet ex obſervationibus allatis hujuſce remedii efficaciam.

Operæ pretium ut omnibus auxiliis quæ ſingula ordine fuimus proſecuti, inſiſtant; ſæpe per horam nihil lucratur, tunc temporis, & altera, & tertia pluresque etiam operi impendantur conſilio *de Haën* qui illud Batavorum monitum accuratè exſecutus fuit.

Hujuſce diſſertationis clauſulam prementes, admonere debemus, ut qui ad vitam revocantur nonnumquam variis tententur ſymptomatibus, vel uti oppreſſione, tuſſi, febre; ad ea debellenda uſurpanda veniunt remedia quæ hiſce in caſibus nos edocet therapeia.

En præſidia artis omnia quæ nota Medicis, deſcripta huc-uſque ab iiſdem fuerint accuratè, & nobis commendata, eſſe quidem omiſſa nonnulla, verum horum alia noxia, alia inutilia, alia denique, aliunde ſuppleta fuiſſe remur.

(1) *Obſ.* 26. (2). *Obſ. p.* 224. (3). *M. nat. can. dec. annob. obſ.* 20.

FINIS.

ARGUMENTABUNTUR

N.N. D.D. PROFESSORES REGII.

N. D. JOANNES-FRANCISCUS IMBERT, *Cancellarius & Judex.*

N. D. PAULUS-JOSEPHUS BARTHEZ, *Cancellarius & Judex, Adjunctus.*

N. D. FRANCISCUS DE LAMURE, *Decanus.*

N. D. GASPAR-JOANNES RENE', *Pro-Decanus.*

N. D. ANTONIUS GOUAN.

N. D. FRANCISCUS BROUSSONET.

N. D. FRANCISCUS VIGAROUS.

N. D. JOANNES SABATIER.

N. D. JOANNES-CAROLUS DE GRIMAUD, N. D. BARTHEZ, *Coadjutor*

N. D. HENRICUS LUDOVICUS BRUN, N. D. DE LAMURE, *Decani Coadjutor.*